

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis  
Extrema Unctionis, & Ordinis

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1672**

Concl. VII. Incertum est, an obligatio continentiae extendatur ad ordinatum  
vi aut metu gravi injustè ad hoc incusso.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](#)

## Disp. IO. De Sacramento Ordinis.

702

Signo externo expressum. Ergo similiter in casu praesenti.

199.  
Disparitas  
inter Pro-  
fessionem &  
Ordinem  
sacrum.

Respondeo negando Consequentiam. Disparitas est, quod Ordo, in minori aetate suscepimus, fuerit validus; professio autem & matrimonium, ut supponitur, fuerint invalida; quid ergo mirum, si, ut professio revalidetur, similiter & matrimonium, requiratur aliquid signum externum novum validum? Quamquam & Aliqui putent, sufficiere signum externum vetus, ut cum vero interno consensu constitutum validum signum externum.

At vero supposito valore Ordinis, in minore aetate suscepti, adveniente majori aetate, quidni sine novo externo signo incipiat obligare praeceptum Ecclesiae, aut tacitum votum ex praecepto Ecclesiae annexum? Quippe hoc ipso quod advenit sufficiens aetas, nisi statim, id est, saltem intra triduum, ordinatus resiliat, cum nihil iam defisi, quare Ecclesia debet suum praeceptum suspendere, censetur hoc ipso, quod alius non resiliat, illud imponere cum effectu, & alius, velit nolit, obligatur; sicut ille, qui post legitimam aetatem ordinatur, etiam si positivè resiliat illi obligationi, nolendo eam acceptare; equidem obligatur. Unde dici posset, semper hic adesse signum externum, etiam novum, puta illam taciturnitatem ordinari, quando scilicet commode posset loqui & resiliere, si vellet.

200.  
Ordinatus  
in infancia  
post debi-  
tam aetatem  
non debet  
interrogari,  
eligiari ne in  
Ordine per-  
manere.  
Sanchez.

Bene ergo notat Sanchez sup. n. i. t. ad hanc ratificationem efficiendam post legitimam aetatem, minimè desiderari, ut ordinatus togetur; eligatur in Ordine permanete, an eo deferto, ad nuptias transire, quia nullus est textus, id probans. Et quamvis, inquit, id petant aliqui DD. c. 1. de Regul. in ratificanda professione, diversa tamen est ratio; qui in ea nihil validè gestum est: in hoc autem eventu Ordo sacer validè suscepitus est. Ita Innoc. cap. V. et non est comp. n. 1. de Temp. Ord. Hæc Sanchez.

Et nu. 12. inde dedit, hunc non teneri ad recitandum officium Canonicum, donec post legitimam aetatem ratificet Ordinem. Quia, inquit, sola characteris impressio, quæ ab Ecclesia irritari non potuit, valet usque ad eam ratificationem. Et sicut hic non tenetur ad principale onus annexum Ordini, quod est continentia, ita nec ad onera minus principalia.

Sed hoc argumentum, meo iudicio, non convincit; quia lectio Horarum non est adeò difficilis, sicuti continentia. Jam autem ideo dicimus Ecclesiam non voluisse obligare ad continentiam, quia est res nimis ardua, & difficilis, ut aliqui possit imponi contra suam voluntatem, saltem interpretativam; & deinde semel contracta difficulter est dispensabilis. Porro in lectione Horarum facilè dispensatur, & sapè sine dispensatione cessat obligatio.

Videtur quod non. Interim quia haec obligatio impedita est propter sacram ministerium, quo fungitur ordinatus;

tus; sicuti legitimè suspensus permanet ab hinc ministerio, ita quoque videtur legitimè excusat ab illa obligatione; præterea cum Ecclesia sciat hujusmodi sententias imprimi, & non contradicat; cum posset aliqui commode contradicere. Hercule vel ob hanc rationem; quia videlicet Ecclesia facit; cum alii posse commode contradicere; videri posset in prætuta sententia, quæ excusat ab obligatione continentia impuberem, tamet' sit doli capax; immo puberem ante annum 16; quamvis aliqui alias rationes, quas Autores afferunt, videantur nobis minus efficaces.

Ex haecen dictis facile resolvi potest, que ignorantia excusat ab obligatione continentia; videlicet probabiles ignorantia; quando ordinatus habebat probabiles omnia rationes, quibus meritò poterat sibi persuadere, nullum ultimum obligationem subesse, ut si videbar ordinatus passim contrahere matrimonium, aut contracto uti, Prælatis Ecclesie tanquam remittit id permittentibus; duruto quippe; & contra Ecclesiae consuetudinem, omnino immeritos, ac meritò invitos, ad continentiam cogere.

Et quoniam, qui absque illa probabili ratione, ex mera stupiditate & insidia sua, ignorat hanc obligationem; omnibus passim cognitam, immerito est invitus; nam sibi impunitur, quod Ordinem suscepit, ancon sciret, quæ obligatio ei esset annexa; hinc Ecclesia meritò cum cogit ad continentiam ob servandam; non quia vovit, sed quia Ecclesia omnibus eam præcepit, qui voluntate potest legitimam aetatem Ordinem suscipiant; nequa illa est ratio in tali casu altera interpretatione, ludi præceptum.

Qualis fore ratio est, quando quis ex metu, idque injusto, mortaliter cogitur & septionem sacri Ordinis. Dico: Forte, quia incerta est, ut ostendo sequenti Conclusione.

## CONCLUSIO VII.

Incertum est, an obligatio continentia extendatur ad ordinatum vi aut metu gravi, injuncte ad hoc incusso.

I Mprimis; fieri potest, ut quis gravi metu, injusto adductus, exteris fulcitur factus Ordinem, absque interno tamen confessu, & de certum est, hujusmodi, sicuti non fulcitur contracteretur Ordinis, ita neque fulciri in conscientia obligationem continentia, per se loquendo; sed possit contrahere matrimonium, & contracto uti, petendo, & reddendo debitum, secluso scandalo.

Ratio manifesta est; quia haec obligatio non

An ante ra-  
tificationem obli-  
geretur ad  
horas cano-  
nicas.

201.

anneccitur nisi susceptioni Ordinis; jam autem in casu proposito in foro conscientiae non est suscepitio Ordinis; ergo neque in illo foro annectetur isthac obligatio.

204.  
Qui validè  
suscepit Or-  
dinem ex  
metu jure  
obligatur ad  
continen-  
tiam.

Secundò; fieri potest, ut quis suscipiat Ordinem sacram ex gravi quidem metu, v.g. mortis; sed justo; v.g. quia ob delicta sua meretur mortem, datus autem ei opio, an velit mori, an verò suscipere Ordinem sacram. Contingit etiam subinde; ut ille metus proveniat à causa naturali; v.g. ab ægritudine. Et in his duobus casibus certum est apud omnes, Ordinatum validè, ut suppono, quia metus iste non tollit otione voluntarium, contrahere obligationem continentiae, non mindus, quam aliquis, qui omnino liberè ordinatur.

Probatur à  
simili in  
matrimo-  
nio.

Patet in matrimonio, simili metu innito, quod valet, ut videbimus proprio loco, & obligat, sicuti matrimonium omnino liberè contractum. Et idem est de professione religiosa. Quidni ergo valeat, votum sacri Ordinis, quod minus est? Et si hoc valeat, indubitate etiam vallet seu obligat præceptum Ecclesie in nostra sententia. Ratio autem horum omnium est; quia quod sit ex tali metu, magis spontaneè fit, quam coacte, ut latius dicemus in Tract. de Matrimonio.

205.  
De quo ergo hic disputatur est; an sicuti  
Professio, gravi metu iustifico extorta, est omnino invalida, & nullum post se reliquit effec-  
tum; argumento cap. *Perlatum*, & cap. *Cum  
dilectus*, de His quæ vi. Ita etiam Ordines facer, validè suscepit ex gravi metu, v.g. mortis, aut alterius mali æquivalentis, iustifico incusso ad istum finem, careat effectu seu obligatione con-  
tinentiae.

Conjugatus  
valide ordi-  
natus ex  
gravi metu  
injuria po-  
test petere  
& redire  
debitum.

Et quidem, si ordinatus actu conjugatus erat, est communis sententia eum nullatenus manere obligatum ad continentiam cum propria uxore; sed posse uti jure suo jam acquisito petendi debitum, tametsi matrimonium nondum foret consummatum, & uxor diceret, se pataram esse ad servandam continentiam. Siquidem rationi minime consentaneum est, aliquem privare jure utendi matrimonio initio, qui non suâ sponte, sed gravi metu compulsum ad Ordines ascen-dit.

206.  
Objec-  
to.

Sed dicet aliquis; hoc est quod queritur, an illa compulso faciat, non esse rationi consentaneum, quod alias consentaneum foret. Et sanè Armilla verb. *Ordo n. 14.* putat rationi consentaneum, hunc obligari ex parte sua ad continentiam, scilicet ad non petendum debitum, & consequenter soluto matrimonio ad non contraheendum novum. Ratio esse potest; quia revera suscepit Ordinem sacram, idque liberè, quia interius consentit, cum tamen potuisse non consentire absque suo incommmodo; ut enim evaderet periculum mortis, satis erat exterioris suscipere.

Respondeo; satis erat ad evadendum peri-

culum mortis; sed non ad evadendam irreverentiam Sacramenti. Mavult ergo Ecclesia, quod suscipiat verum Sacramentum & non fictum, cum potestate postea utendi matrimonio prius contracto, etiam petendo debitum, maxime cum teneatur eidem reddere, quam quod suscipiat Sacramentum fictum, & sic fiat irreverentia Sacramento. Itaque rationi consentaneum videtur, ut quis jure jam acquisito non privetur per sacram Ordinem, ad quem inistre cogit vi aut metu; estò alioquin rationi consentaneum foret, ut privaretur jure imposterum acquirendo; quia plus requiritur, ut per se notum est, ad aliquem privandum jure, quod jam acquisivit, quam ad ipsum impediendum à jure acquirendo.

Hoc ergo supposito; principalis difficultas est; an per talē Ordinem merito impediatur à matrimonio postea contrahendo. Et quāvis Multi affirmant; tamen non pauciores, & quē magna auctoritatis negant, saltē de facto impediti, quidquid sit de possibili; ut proinde si sola auctoritas attendatur, sententia negans sat's probabilis apparet; immo probabilius, quia plures pro se habent.

Baf. Ponting  
putat acce-  
pti ratione  
probabilius  
cum impē-  
diatur.

Verū ego (inquit Basil. Pontius lib. 7. de Mart. cap. 29. nu. 3.) qui multitudinem DD, pārūm eūro, cū sciam multos siue ullo exā-  
mīno aliorum dicit adhæcere; sed tantū fun-  
damenta atque rationes considero, longè pro-  
babilius judico, si rationum attendamus me-  
rita, votum continentalē valere in eo, qui ordi-  
natūr ex metu gravi, & inhibet ad matrimoniu-  
mū esse; dignum tamen, ut cum eo facile dis-  
pensetur. Hæc ille.

Sanchez  
Ayerst.  
Relicit itaque auctoritate pati, aut ferē pari-  
pro utraque sententia (quam videre poteris  
apud Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 29. n. 4.  
& 5. Ayerst. suprà §. Quarid rufus & seq.)  
discutiamus rationes, & carum merita attenda-  
mus.

Coninck  
doct. istud  
votum esse  
jure naturæ  
irritum, &  
probat.

Itaque Coninck, unus ex parte negantium oblicationem, pro ratione sue opinionis suprà hu. 146. dicit: votum gravi & injurioso metu extortum esse irritum jure naturæ. Probat au-  
tem quod dicit, Primo; qui communiter ferē DD, afferunt tale votum esse irritum, & tamen nullum reperitur jus illud irritans.

Probat ad  
alios mutuos  
irritum, &  
probat.

Secundo & melius (ut ait) quia Deus nullo modo potest censeri talia vota acceptare; quippe voventem cogere ad tali voti objectum per-  
ficiendum, idque cooperando actioni injurioꝝ. Si autem votum non obliget, neque præcep-  
tum, in nostra sententia, cū Ecclesia non cen-  
satur velle præcipere, nisi pro eo casu, quo  
votum obligaret, si emitteretur.

Ref. ad 7.  
probatio  
nem.

Sed respondeatur ad primum; plures DD qui afferunt tale votum esse irritum, allegant duo jura, scilicet cap. *Perlatum* 1. & cap. *Cum dilectus* 8. de His quæ vi, in quibus putant tale votum irritari, aut certè significati ejus irritationem

alibi

*Disp. 10. De Sacram. Ordinis.*

704

alibi factam, si non jure aliquo scripto, saltem consuetudine ubique receptâ.

*cap. 1. de iii  
qua vi.* Placet subscríbere verba illorum iurium. *Per-*  
*latum est ad audientiam nostram, quod cum quidam*  
*nobilis & potens M. uxorem suam suspectam haberet,*  
*milites sui, eius praecepto, eam ad quamdam sylvam*  
*ducentes, evaginato gladio occidere voluerunt: sed*  
*tandem pietate duci sub tali conditione percepserunt*  
*eidem, quod in monasterio de Colobris habitum susci-*  
*pereret monachalem &c. Ideo mandamus, quatenus*  
*predicatam mulierem & virum (recepto Sacramento,*  
*quod vestro debeat stare mandato) ab excommunicatione*  
*vinculo absolvatis: deinde tam mulierem, quam*  
*Priorissim & Moniales prescripti monasterii ante ve-*  
*stram presentiam convocantes, si legitimè probatum*  
*fuerit, non timore mortis predicatam mulierem Religionem*  
*intrasse, nec postmodum quod fecit ratum ha-*  
*buisse, ipsam ad monasterium redire & habitum de-*  
*positum reassumere censurâ Ecclesiastica compellatis.*  
*Ita Alex. 3.*

Ex quibus verbis illi DD. à contrario sensu inferunt: ergo si legitimè probatum fuerit, ti-

more mortis predicatam mulierem Religionem

intrasse, nec postmodum quod fecit ratum ha-

buisse, ipsam ad monasterium redire nullatenus

compelli posse.

*210.  
cap. 2. de iii  
qua vi.* Alterum jus, quod est Innoc. 3. sic sonat:

Cum dilectus filius: & infra: Quia confitis nobis de voto emisso, & de prestito iuramento à Canonicis Insularum, quod regulam Clericorum, observarent, vel translationem ipsius Ecclesie ad Ordinem illorum nullatenus impidere: cum utrumque servatum non vergat in dispensum salutis eternae, nolentes viam persuiri aperire. Non obstante violentia, qua proponebatur illata, cum neque metum mortis, neque cruciatum corporis continenter & ideo non debuerat cadere in constantes.... super restitutione perita silentium eis duximus sententialiter imponendum.

Ergo à contrario sensu, si violentia, qua proponebatur illata, metum mortis aut cruciatum corporis continueret, & ideo cecidisset in constantes, Pontifex illos restituisset in pristinum statum, non per dispensationem, sed declarando votum & juramentum non fuisse validum.

*211.  
Places. Do-  
cetes af-  
funt, votum  
gravi metu  
injusto ex-  
hortum, esse  
invalidum,  
Iure Eccle-  
stico.* Itaque plures DD. qui assertunt tale votum (id est, omne votum gravi & injusto metu extortum) esse irritum, etiam assertunt, tale votum esse irritum jure Ecclesiastico, & non jure naturae. An autem id recte assertant, alia est quaestio; & videtur quodd non; quoniam iura jam allegata loquantur dumtaxat de voto solemnis religiosæ professionis; adeoque ad summum vindicentur possi extendi ad votum solemnis Ordinis sacri, non autem ad omne votum, etiam simplex, cum diversissima sit ratio voti solemnis & simplicis; ac aliunde iure meritissimo Ecclesia potuerit velle irritare vota solemnia, secus simplicia.

Cumque etiam sit diversa ratio religiosæ professionis, & Ordinis sacri; ita ut adhuc pru-

denter Ecclesia potuisset velle irritationem unius, & non alterius, ut patet ex auctoritate plures DD. negant ex illis iuribus sat probari irritationem sacri Ordinis, aut verius, ut ea obligationis continentia, annexa Ordini facta.

Hanc difficultatem praefens Coninck fū-  
rà, recurrat ad ius naturale, quod secundum Coninck  
ipsum irritat omne votum circa materiam libe-  
ram, gravi metu injusto extortum; iudicis quis, ju-  
nctus ut supra ex ipso retuli, Deus nullo modo po-  
test censeri talia vota acceptare, ne videant  
cooperati actioni injuria, & contrarii sua  
voluntati, quā statuit, nos per se ad talen materiam non obligare; maximē clīn alijs hon-  
flissimis modis possit nos ad hoc faciendum, aut  
etiam vovendum inducere, unde putat id effi-  
indignum Deo.

Sed ego nullam in eo reperio indignitatem, neque enim Deus per se nos obligat ad talen materiam, sed ipse homo semper ipsum obligat, licet non obligaret, si non adflet talis mens; porro ille metu non incuriat à Deo, sed à alio homine; unde incuriens metu spelt, qui solus propriè loquendo cogit ad talen materiam; non autem Deus, qui acceptat votum ex tali metu emissum, quāvis votum non obligaret, si Deus nollet acceptare.

Interim cum illa obligatio in se sit res tota & honesta, & perutilis ipsi voventi, que indignitas in acceptatione illius voti simplificat voluntarii, tametsi secundum quid involunta-  
ria? Nonne quando homo vovet ex timore mortis justa, aut naturaliter imminentia, votum istud secundum quid est involuntaria? Nemo dubitat. Num ideo acceptatio ejus Dei indigna?

Deinde, qui metu incurit injuste, non  
compellat ad emissionem voti, sed ob di-  
caulam, nonne & qualiter facit injuriam? Etiam  
men certum est, secundum eundem Aximum ibidem n. 143, hunc teneri ad continentiam pro-  
missum. Sicut ergo Deus in hoc calo non  
cooperatur actioni injuria, sed bene ei uti-  
tur, acceptando illam obligationem ad bonum  
hominis sic voventis; ita etiam in eas, quā  
metu incurrit ad finem voti, Deus non co-  
operatur actioni injuste alterius, quā tota pe-  
ta estante acceptationem Dei; sed bene uti  
alterius malitiā, acceptando votum, quod ob-  
servatum vergit non in detrimentum salutis,  
sed in maximum ejus adjumentum.

Nonne scriptum est Psalm. 82. v. 17. Inglori-  
facies eorum ignominia, & querent nomen tuum  
Domine? Nunquid Deus tem sibi indignam pra-  
stat, quando ipse mortem intentat, aut ab alio  
permittit injuste intentari, ut sic hominem ad  
se convertat à via sua pessima, per quam aliqui  
ambularet usque ad mortem, & mortem  
sempiternam? Et tamen alio modo beneficium  
ab alio interventu alicuius injurie aut alterius peccati, posset eum convertere.

Quid

Sect. 5. De Contin. sacris Ordin. annexis. Concl. 7. 705

Quid si ergo Deus videret, votum cassisitatis  
v. g. esse tali homini necessarium ad salutem,  
cur faceret rem sibi indignam, si ad istum finem  
permitteret actionem injuriosam? Non video  
ullam indigotatem, nec cooperationem ad  
actionem injuriosam; nam ante acceptationem

Dei, tota injurya posita est; ita ut non minus pec-  
caverit, qui metum intulit, sive sequatur emul-  
tio voti, sive per accidens impediatur, sive valeat,  
sive non valeat votum, sive dispensetur in  
voto, sive non dispensetur. Alioquin & ipse emittens votum cooperaretur actioni injuriosa.

215. Adde; acceptationem voti non esse proprię

causam obligationis, sed tantum conditionem  
aliquam fine qua non; proprię autem totalis  
causa obligationis est voluntas voventis; &  
quāvis Deus possit eam infirmare seu irritare,  
tamen debere id facere, non sat's intelligi.  
Sanè videtur omnimodē sufficere, si det potest  
Vicario suo, facile in hujusmodi votis  
dispensandi, seu nomine suo obligationem prius  
contractam condonandi.

Quod ergo communiter dicitur: Deus non  
acceptat sacrificia coacta, intelligitur de coactis  
proprię, que sine ullo consensu offeruntur, ut  
si quis violenter manu mea offerat thus idolo;  
at verò sicū damnat Sacrificium idolo factum  
per metum mortis; cur itidem non acceptet  
votum, ex simili metu factum? Quippe veluti  
illud Sacrificium ex se malum est, & ideo dis-  
plicet, quāvis ex gravi metu oblatum; ita  
votum illud ex se bonum est, & bonum est ex  
parte voventis; cur ergo à Deo non acceptetur,  
seu cur Deo non placeat?

216. An forte ex defectu libertatis? Quippe ad  
votum obligans sub veniali, non sufficit liber-  
tas, qua satis est ad veniale peccatum, nam ad  
hoc sufficit imperfecta deliberatio; ad istud  
autem secundum communem sententiam, re-  
quiritur perfecta deliberatio, seu tanta, quanta  
requiritur ad peccatum mortale. Ergo ad vo-  
tum obligans sub mortali non sufficit libertas  
libonea ad peccatum mortale.

Sed nec hoc argumentum aliquid valeret, nam:  
ut bene advertere Pontius suprà n. 7. inde plane  
colligeretur, nulla esse vota illa, quæ fuit ex  
metu mortis justæ, aut naturaliter imminentis;  
quod absurdum est, & contra communem sen-  
tum. Est etiam inter hæc latissimum discrimen:  
Nam sola libertas & cognitio necessaria ad ve-  
niale peccatum, non videtur sufficiens ad con-  
siderandum onus voti; cum tamen consideratio  
idonea ad peccatum mortale satis sit ad consi-  
derandum ratione voti, etiam obligantis sub  
peccato mortali, ut constat ex voto, quod emit-  
titur metu mortis, naturaliter imminentis.

Atque ut votum effet quædam donatione  
censo quod si aliquis daret elemosynam mil-  
le florenorum aliqui pauperi ex metu mortis,  
naturaliter imminentis, talis donatione non vale-  
ret? Quid si sacerdos ex metu simili, injuste in-

cuso ad istum finem? Credo plane, quod va-  
leret, ita ut pauper posset acceptare, nec tenere-  
tur reddere; dummodo habuisset veram volun-  
tatem donandi seu transferendi dominium, ma-  
nente interim obligatione restituendi apud in-  
justum coactorem.

Non utor h̄i argumento, quo plerique  
utuntur, scilicet: Juramentum promissorium

metu injusti extortum valet; ergo etiam vo-  
tum. Quippe Antecedens intelligitur vel de ju-  
ramento promissorio facto Deo, & sic falsum est

217.

An valeat  
hic argu-  
mentum à  
juramento  
ad votum.

in sententia Coninck; sive consideretur, ut  
confirmatorum promissionis, quæ nullæ est in  
istâ sententia (accessorium autem sequitur suum  
principale) sive consideretur ut per se stans;  
qui & tunc tacitam habet illam conditionem,  
si promissarius voluerit. Vel intelligitur Ante-  
cedens de juramento promissorio, facto homini, &  
tunc negatur Consequentia.

Est enim (inquit Coninck suprà h. 148.)  
maxima differentia; quia Deus acceptando il-  
lud juramentum, id est, volendo quod illud  
impleatur, non facit; ut juramentum habeat  
vīm obligandi (ut contingit in acceptatione  
voti) sed juramentum habet hanc ex natura sua  
completam, posita validitate promissionis, quæ  
illud extorquenti fit; ita ut sicut Deus non  
potest efficere, ut advertenter juriā, non ob-  
ligetur jurare verum: ita immedie non po-  
test efficere, ut juramentum promissorium non  
obliget juriā, sed solum mediate potest hoc  
facere, quatenus ut summum omnium Dominus  
potest efficere, ut promissio, aut ab initio fit irri-  
ta, aut postea definit obligare; quo posito per se  
tacitam accessoria definit obligatio juramenti.

Et similiter modo, dum Prałati dicuntur dis-  
pensare in juramento promissorio, metu extor-  
to, tollere hujus obligationem nomine Dei  
irritando promissionem, quod quivis absolutus  
domitus promissarii facere posset. Quare cum  
Deus ne velit omnes tales promissiones per se  
irritare, nec etiam expediat, ipsum hoc facere;  
merito vult, jurantem implere juramentum,  
quia sine peccato non potest illud non implere.  
Itaque votum obligat quia Deus illud acceptans  
juramentum autem Deus vult servari, quia ob-  
ligat. Hæc ille.

Sed responderi posset; etiam ideo juramen-  
tum obligare, quia Deus vult illud servari, nam  
si Deus juramentum promissorium metu extor-  
tum irritaret, sicut poterat irritare, nulla fujs-  
set obligatio talis juramenti. Et sicut tu dicas,  
Deum nec velle omnia talia juramenta per se irri-  
tare, nec etiam expedire ipsum hoc facere, sed  
sufficere, quod dederit Ecclesiæ sua potestatem  
illa irritandi nomine suo; ita ego dico, Deum  
nec velle omnia talia vota per se irritare, nec  
etiam expedire ipsum hoc facere; sed satis esse,  
quod dederit Ecclesiæ sua potestatem ea irri-  
tandi, seu obligationem eorum condonandi  
suo nomine.

218.

Responso.

Vuu

Sic

Ostenditur  
paritas inter  
juramen-  
tum &  
votum.  
*Exod. 20.*

*Psal. 75.*  
*Deut. 23.*

Votum so-  
lemne Or-  
dinis faci-  
mentum inju-  
rio extor-  
tum valet  
jure naturae.  
An etiam  
jure Eccle-  
siastico.

Videtur  
multis quod  
non.

*219.*  
*Probatio.*

Etenim Ecclesia, sicuti vult liberum consen-  
sum Religiosi ad professionem emitteat, pro-  
pter difficultatem & indispensabilitatem voto-  
rum essentialium, pari quoque ratione videtur velle  
liberum consensum Clerici ad suscipiendum S.  
Ordinem, prout scilicet difficultatem & indis-  
pensabilitatem continentia, que susceptioni illi  
annectitur. Nam autem hui libertati, sicut re-  
pugnat vis & gravis metus injustus in Religio-  
so, sic etiam repugnat in ordinante. Ergo si pro-  
pter talen vim vel metum professio est invali-  
da jure Ecclesiastico, etiam censeri debet in-  
valida eodem jure votum continentiae annexum  
Ordini sacro, & per consequens, censeri  
debet præceptum Ecclesie de servanda coniua  
nentia non obligare.

*Averfa.*

Siquidem quodammodo magis in potestate  
Ecclesie est, relaxare suum præceptum, quam  
alterius votum; sive cessare & abstinere à præ-  
cipiendo, & non posse suum præceptum, quam  
irritare & annullare votum, quod verè & ex  
animo ab altero fit; ideo si Ecclesia dicatur re-  
laxare votum proprium ordinati, sicut & pro-  
fessi per metum induci, à fortiori fatendum  
est, quod in tali casu Ecclesia auferat sive sus-  
pendat suum præceptum, id est, non intendat  
obligare sive non intendat ponere consuetum  
præceptum. Sic discurrit Averfa supra §. Pro-  
bari solet.

Et rectè quidem ex hypothesi, quod Eccle-  
sia relaxet votum proprium ordinati; quam ta-  
men hypothesis non probat, nisi ex iuribus,  
perlatum, &c., Cūm dilectus, supra allegatis, qua-

loquentur de professione religiosa, à qua potest  
Auctores contrarie sententiae non duce summo  
argumentum ad sacram Ordinem, propter ma-  
gnam dissimilitudinem super explicantur.

Si ( inquit Pontius supra n. 10.) jus Eccle-  
siasticum non reddidisset invalidum maritato-  
num eorum, qui sacris Ordinibus initiantur,  
sed tantum Monachorum, diceret aliquis  
ab uno ad aliud argumentum desum possit.  
Minime sane; sicut, quāvis nonnulli sententiae  
professione Religionis solenni, jure Ecclesi-  
astico dirimi matrimonium ratum, dicere non  
auderent, etiam sacris Ordinibus dirimi quā-  
vis literæ Ioannis 22, non emanarent. Non ei-  
go ex eo, quod jus Ecclesiasticum irritat, re-  
diderit professionem, perpetuo addic-  
tum statui religioso, idem judicandum est  
de sacris Ordinibus initiato, donec de eo aliquis  
specialiter jure caveatur. Hec ille.

Quin immo contrarium videat de eo circa  
in Conc. Tolet. 8. cap. 7. sequenti testo:  
Septima assertio adit certa, ne forte in  
invercunda progressio, quām ignorabilis as docet  
præsumpto. Quodam enim aut evoluuntur, aut  
aut meo periculorum adeptos, sive novimus Eu-  
stachianum officia dignitatum, & quoniam cum de  
imponeantur, id sibi fieri moluisse testantur, de-  
co hoc spernere, atque ad pristina pertinentia  
magia more redire, tam nequiter califa non ho-  
tes, quām prompte secularibus exsanctifican-  
tibus,

Et infra: Nequaquam ergo poterit adequatus  
fanari, quod divinæ iussionis, finali applicatio-  
ditionis autoritate sacram votum est. Vt  
sicut sanctum Chrisma collatum, & diuinis  
evelli non queat; ita quoque sacrorum deo honorum  
quod hic compar habetur & sicutum, quādibet  
occasione perceptum, manebit omnibus modo non  
pulsum. Ad extirpandum vero radicibus huius mali  
machinationis inutile argumentum, id sit rati-  
bile dari noverint, in obitu, quod sanctissimi Es-  
pijani inappreciabile donum est, sive non  
non solum nolentibus, veram etiam, quod manu  
scientibus impariat: sed hoc à nullo praeditum  
nari permittitur.

Quod si & hic opponitur, medium ratione capa-  
existere, qui hoc probantur accepit, hic emul-  
contingentes; quia si maiores impudenter defen-  
quod parvuli vel nesciunt, vel nolunt præcipere  
quād magis non convenienti violare, quod prouincia  
aut penitentiam evadenda permitte, occulat. Deinde  
dignoscitur obvensse? Recusat ergo alii  
desideriorum impudorati factores, & licet non per-  
ceperint, quod non merebatur habere, libenter  
men ob Ecclesie retineant premium, quod nihil  
terreno consecuti sunt necessitatis eventum; ut tan-  
tum inviti appetant bona diligere, quod sponte ridens in  
sides impugnare.

Quod si quis post hoc perennis dissensionis editio  
non sinceriter sacris inobscenis cultibus, & obviis  
a se graviam, quam accepit, relabi ad coniugio

Sect. 5. De Contin. sacris Ordin. annexa. Concl. 6. 707

refug. seculi attentaverit, vel eum redire consisteret, max omni Ecclesiastici Ordinis dignitate privatus, verò ut apostata à sancta Ecclesia limibus & societate sedelium habeatur pro�is exclusus, monasterii clausis dones adserit sub pontentia retrudendis.

223.  
An illud  
decreto  
rejicien-  
dam, quia  
Concilii  
Provincia-  
lis?  
Pontius.

Nec est ( inquit Pontius suprà n. 12. ) quod istud Conciliū decretum rejiciatur, quia provinciale est, cùm & nationale sit, & non extet aliqua juris universalis dispositio in contrarium: sed censendum est explicitius optimè vim naturalem voti, etiam ex metu concepti. Nec dici potest: ibi agi de metu iusto & ab intrinseco ratione periculi, id enim manifestè refellitur ex verbis ipsius canonis. Ita Pontius pro sua sententia.

Sed quae sint illa verba non commemorat, nec ego ulla inventio: quæ manifestè refellant istud dictum, nam si aliqua, hæc forent: *Pro mortis aut panarum evadenda pernicio*; quæ tamen generalia sunt, & ideo pro subjecta materia possint intelligi de morte iusta, vel naturaliter imminente.

224.  
Resp. ad  
Concilium.  
Suarez.

Sed esto, loquatur Concilium de metu iusto, idque gravi, quia de metu mortis; num ideo concludit intentum? Non puto; nam adhuc responderi potest; Concilium istud secutum fuisse sententiam probabilem; & quāvis non extet aliqua universalis juris dispositio in contrarium; id parum referre, cùm etiam hic canon communī corpori juris nupsiam insertus inveniatur, nec ab universalī Ecclesia receptus; sed neque ( ut testatur Suarez to. 3. de Relig. lib. 9. c. 17. n. 35.) in ipsa Hispania specialiter obser-vetur.

Allia respon-sio,  
Confirma-tur.

Deinde ( ut notat Suarez ibidem ) dici potest: Concilium loqui de his, qui post suam Ordinationem in suscepito Ordine liberè ministriaverant, quod indicant verba illa: *Omnī Ecclesiastici Ordinis dignitate privatus*. Addo ego, & ista: *Quod si quis post hoc perenniē dispositionis editum non sacerdoti facis inhibeat cultibus*. Ergo supponit Concilium, quod tales aliquando factis cultibus fuerint implicati. Et qui illi sacerdotali cultus, nisi exercitia Ordinum suscep-tum? Quod autem hoc fecerint ex eodem me-tu, unde constat?

Et sane non est verisimile, aliquos illo tem-pore fuisse assumptos ad dignitates Ecclesiastici Ordinis, quæ amplius aliquid videntur sonare, quām sacrum Ordinem, ante legitimam & libera-rem susceptionem sacerdi Ordinis, aut falem liberum ejus exercitum;

Porrò ad exemplum Baptismi, quod Concilium istud assert, jam suprà fatis responsum est, & assignata sufficiens disparitas inter obligatio-nes, quæ ipsum consequuntur, & obligationem continentiae, quæ ex voto vel præcepto Eccle-sia est annexa Ordini sacro. Itaque per illud Concilium, quāvis aliquo modo stabiliri posset sententia Pontii & aliorum, qui putant, ordi-natum ex metu gravi iusto obligari ad con-

tinentiam, sive ex voto, sive ex præcepto, donec & usque ab Ecclesia dispensetur; equidem non auferitur sua probabilitas opposite sententie.

Hæc autem maximè fundatur in benigna in-terpretatione mentis Ecclesie; quæ tanquam Fundamenta-tum testem-tis, qua oem-gat Ord. nem sacram suscep-tum ex gravi meo inju-rio obliga-to ad conti-nuentiam.

226.  
Confirma-tur ex  
Arte.

Confirmat magis hec res ( inquit Aversa suprà §. Confirmatur. ) ex regula universali circa ea, quæ sunt per vim vel fætum in huma-nis & moralibus actibus: nempe vel facile & promptè esse per Iudicis sententiam irritanda, vel esse ipso facto nulla & irrita. Et illa quidem, quæ facilè possunt per providentiam Iu-dicis irritari, relinquuntur per sententiam irri-tanda, ut contractus donationis, venditionis & similia. Quæ verò ex natura sua stabilia sunt, per providentiam juris factum est, ut sint ipso facto nulla & irrita. Sic est de matrimonio per vim & metum contracto, de professione per vim & metum emissi. Sed obligatio Clericorum in Sacris, postquam servel validè contracta est, non potest per ordinarios Iudices irritari nec dispensari: ergo clauditur sub illa regula & providentia juris, ut in Clerico per vim ordi-nato sit ipso facto nulla & irrita, sive simplicia-ter in tali Ordinatione non contrahatur.

Solent & debent tamen, ii qui vim & metum possunt, coram Iudice comparere, & expo-nere causam nullitatis: quod meritò sit in aliis etiam dictis actibus, ipso facto nullis, ad satis-factionem nempe fori externi, & ad evitandā scandala. Sed Iudex non proferet sententiam: quasi irritando aequali, aliqui validum, sicut faceret in aliis humanis contractibus: nec enim possit irritare matrimonium validum, profes-sionem validam, & sic etiam obligationem Clericorum validam: sed declarabit, matrimoniū, professionem fuisse ipso facto & jure nullam: & sic etiam nullam obligationem in Cle-rico per vim & metum ordinato. Hucusque prelatus Autor.

227.  
Alia confir-matio ex  
codice Ad-  
dote.

Qui & aliam addit confirmationem desum-pta ex casu particulari, in quo jam conjugatu-s cogitum vi vel metu iusto ad susceptionem Ordinis sacerdi, qui tamen secundum DD. oppo-sita sententia retinet jus non tantum reddendi, sed etiam perendi debitum.

Sed contra facit: quod Aliqui admittant, et iam in tali casu oriri obligationem non perendi debitum, quāvis indubie maneat obligatio reddendi.

Sicuti quando conjugatus plane voluntariè absque consensu sue uxoris recipit sacros Or-diines, vel proficitur solemniter in Religione approbata, quāvis non possit amplius petere

V u u u debi-

debitum, tamen tenetur reddere, quia non potuit per illam susceptionem aut professionem præjudicare iuri uxoris jam acquisito; ut omnes fatentur, potuit autem proprio jure cedere, & censetur cedere, secundum omnes, quando sponte suâ ea facit, que habent annexam obligationem continentia.

An etiam quando coacte facit, hoc est, quod huc disputatur, & certè major ratio est, ut concedatur petatio debiti conjugato, qui alioquin debet reddere, quâm non conjugato. Et ideo aliqui primum concedunt, tametsi negent secundum; quamquam & alii utrumque negent. Sic ergo hæc secunda confirmatio Averfæ non convincit plenè intentum. Optima probatio & confirmatio hujus opinionis videtur esse: quod absque contradictione Ecclesiæ à tot probatis Auctoribus imprimatur tanquam probabilis, immo probabilior opposita.

Et si ei objicias; quod impedimentum matrimonii sèpiùs contrahatur necessitate potius, quâm voluntate, etiam per culpam alterius; v. g. si quis cognoscat fœminam, in patre & fratre illius resultat impedimentum, ne eam ducere possint.

Respondet ex Suario suprà n. 33. hoc impedimentum est particulate ad contrahendum cum hac vel illa persona, & solum per accidens resulat; illud verò est planè universale, & interdict omnino matrimonium, ac per se direxte imponitur ipsi persona per actionem seu receptionem ejus.

Ceterum si quis sciens hanc sententiam, id est, se ex consenu seu susceptione Ordinis coacta, non contrahere obligationem continentia, tamen ex sua libertate velit se obligare proprio voto, aur obligari ab Ecclesiæ præcepto, etiam secundum Auctores hujus sententia, teneretur eam servare, & maneret inhabilis ad matrimonium contrahendum; quia per talen voluntatem videtur cedere iuri suo, & quasi renuntiare illi privilegio, quod ratione violentia concessum videri poterat.

Item: quia si postea transactâ violentia haberet similem voluntatem, & ratam haberet Ordinationem suam, ex tunc inciperet habere obligationem, & esse inhabilis ad matrimonium: ergo si ex plena scientia & absque coactione aliqua eandem voluntatem habeat tempore Ordinationis, ex tunc censetur habere ratam Ordinationem quoad talen suum effectum.

An autem sit necessarium signum aliquod externum illius internæ voluntatis; an vero sufficiat mera interna voluntas, patet ex dictis Concl. præcedenti: est quippe eadem ratio unius & alterius ratificationis. Similiter, an sic ordinatus ex metu obligetur recitare horas canonicas, facile resolves ex dictis Concl. præcedenti de simili obligatione in eo, qui fuit ordinatus ante debitam ætatem, quæ enim ratio disparitatis?

Non convincit intentum.

229.  
Objecatio.

Solvitur ex  
Suario.

230.  
Quid si alia  
quis sciens  
hanc sen-  
tentiam ve-  
lit se obli-  
gare ad con-  
tinentiam?

231.  
An si ne-  
cessarium  
signum ali-  
quod exter-  
num illius  
internæ  
voluntatis.

Et sicuti ordinatus ante legitimam ætatem, non potest post legitimam ætatem exercere actum Ordinis suscepit, nisi velit eum ratificare & statim obligari; similiter non potest gaudere privilegiis propriis Ordini suscepit, nisi libet conditione, iuxta Reg. Iuris 55, de Reg. juris in 6. Qui sensu unus, sentire debet communam, & è contra; sic etiam coacte ordinatus, de quo hæc Conclusione disputavimus, si absolute non obligetur ad continentiam, sicut non potest exercere actum Ordinis suscepit, aut gaudere ejus privilegiis, nisi velit ratificare Ordinem suscepit, & statim obligari ad continentiam; quoniam est paritas rationis inter illos.

Peccaret igitur, qui sic exerceret actum Ordinis, aut frueretur priuilegiis, nolens conseruare, sed matrimonium contrahere, non praesertim exercendo illum actum, sed per voluntatem conjunctam non continentia; nam velit nisi obligatur continere. Sicuti qui vellet emittere professionem, & nollet observare voti diaconia, non peccat præcisè, quia proficit; sed quia, supposita validâ professione, non vult reddere Deo, ad quod obligatur.

Certum etiam est, quod talis Sacerdos violide consecraret, & Episcopus validè confiraret, suppositâ validâ Ordinatione, tamen nollet continere; nec video aliud præceptum Ecclesiæ, contra quod talis peccaret, quin præceptum continentia, ut statim inservi.

Omnibus itaque perleatis & mature expensis, quæ à DD. pro una, & altera sententia allogantur; quis non merito dixerit nullum, id certum esse, an obligatio continentia Clemens, ut sic loquar, extendat se ad ordinatum, aut metu gravi, iniustè ad eum factum inservi! Dico: Meru gravi; quia, secundum Doctor communiter, non excusat metus levius, de cetero apparet ex dicendis suo loco de matrimonio contracto ex gravi vel levius metu; ubi enim quis sit gravis, quis autem levius metus, explicabimus.

Solum hic subdo, quod docet Comitatus præ n. 149, tametsi vota mèrè liberlaria, etiam levius metu extorta, forent irrita iure nature, scilicet tamen esse in votis, quæ comitantur pacem, utrimque onerosa, ut fit in voto Religiosi, quod est Prælatus acceptans, obligari simul Religiosum ipsi voventi: & in votis annexis Ordini facti, quo confertur dignitas Ecclesiastica, in cuius injuriam cedit voti violatio. Quare, inquit, per se loquendo, qui sacram Ordinem suscepit, non Religionem proficitur, non solum ex virtute veracitatis ac Religionis, sed etiam ex iustitia tenetur serio vovere: & siq[ue] agendo Ordini Ecclesiastico, aut Religioni faceret veram injuriam; à qua obligatione non liberat eum levius metus, sed solum gravissimum præfectum in fulciendo Ordine sacro, cuius reverentia fatus est pugnat, eo initiatum non continere. Quare Deus acceptando tale votum, non confitetur operi

operari alterius injuriosa actioni, sed justæ Ecclesiæ exactiō, quæ meritō exigit, ut tale votum sit validum. Hac ille.

234.  
An faceret  
injuriam  
Ordini Ec-  
clesiasticō  
qui fidē  
ageret,

Ego autem non video veram injuriam, quam faceret Ordini Ecclesiastico fidē agendo, id est, eum suscipiendo sīne animo vovendi; cūm nihilominus ex præcepto Ecclesiæ obligaretur ad continentiam, ut docet idem Autor eādem disp. nu. 130. Aliud est de profiteente, qui nisi serio voveat, nullatenus in conscientia obligatur. Unde perperām hic Autor illa duo simul conjunxit, ac si esset eadem utriusque ratio, cūm sit longē diversa.

Sed fortè non voluit illa absolute conjungere, sed tantū in easa proposito, quando videlicet fierent ex levi metu, qui si jure naturæ vota illa irritaret, neque ex præcepto Ecclesiæ ordinatus obligaretur; quia Ecclesia ( inquit ille n. 150. ) hāc lege neminem obligat, quem non potest obligare voto.

Ceterū communis sententia est; neque vota merē liberalia, levi metu extorta, esse invalida, sive jure positivo, quod nuspiciam reperitur, sive jure nature, quia metus iste relinquit sufficiētissimam libertatem; ut propiōe æquitas naturalis exigit, ut tale votum sit validum, nē səpissimē ( quia səpissimē talis metus potest intervenire ) Deo fiat irreverentia, & , si non injuria strictē dicta, saltem infidelitas, dum subtrahitur cultus ei promissus, quo dignissimus est & nunc, & semper, & in secula sæculorum, Amen.

AD MATERIAM DEI  
S I N I S:  
DIPLOMA IMMAGINATIVAE CONCILII



INDEX

Vnuu 3